



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XIII. Herzog Rudolph von Sachsen überläßt der Stadt Müncheberg den  
Wald Copernitz, am 13. Januar 1321.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

dorph, Boldewyn Trift, milites nostri et quam plures alij fide digni. Datum Strutzberch, anno domini Millesimo Tricentesimo vicesimo primo, in Octaua Epiphanie domini.

Nach dem Originale.

XIII. Herzog Rudolph von Sachsen überläßt der Stadt Müncheberg den Wald Copernitz, am 13. Januar 1321.

In nomine Sancte et Indiuidue trinitatis Amen. Rudolphus, dei gratia Dux Saxonie, Angharie, westphalie, Comes in Bren nec non Burchgrauus in Maygdeburch, vniuersis et Singulis cristi fidelibus presentes litteras visuris seu auditoris Salutem in domino sempiternam. Actiones, quas mundus ordinat, sepe delet successus temporis, nisi auctor curet eas sigillatis apicibus eternare. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, Quod nostre Ciuitati Monckeberech ac omnibus et Singulis Ciuibus in eadem Ciuitate nunc et in futuro residentibus quoddam virgultum dictum Copernitz siue nemus cum fundo et proprietate ipsius damus et donamus, dedimus et donauimus cum omni iure et vtilitate pacifice, quemadmodum ipsum habuimus virgultum, perpetuo possidendum et habendum taliter, quod predictae Ciuitatis Ciues dictum possunt conuertere virgultum iure hereditario prout alia eorum Bona, ad sepedictae Ciuitatis vsum et vtilitatem libere, sicut ipsis melius et commodius videbitur expedire. Ne autem hec nostra donatio a nostris successoribus et a nullo infringatur, sed stabilis et inconuulsa permaneat, presentes litteras conscribi iussimus et munimine nostri sigilli fecimus roborari. Testes huius donationis sunt dominus Nicolaus, prepositus in Bernowe, Otto et hinricus, Pincerno de Schenckendorp, Henningus et Hermannus, fratres, dicti de wolkowe, Hinricus de Slaberndorp, Boldewyn Trift, milites nostri et quam plures alij fide digni. Datum Strutzberch, Anno Domini Millesimo Tricentesimo vicesimo primo, in Octaua Epyfanie domini.

Nach dem Originale.

XIV. Markgraf Ludwig verspricht der Stadt Müncheberg die Bestätigung ihrer Privilegien und Rechte, am 28. September 1324.

Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et lusacie marchio, Comes palatinus Renj, Dux bawarie, sacri imperii Archicamerarius, fidelibus et dilectis vafallis et Consulibus de Monkeberge graciā suam et omne bonum, Quod vniuersa iura vestra libertates antiquas et approbatas consuetudines litteras et priuilegia, quibus ab antecessoribus nostris quondam marchio-